

non ita cessare causam, ut eius obligatio cesset absque alia dispensatione. Quia ad id oportet causam in uniuersum cessare, nec sufficeret in eo priuato cum quo dispensatur. Præterea esto hoc sufficeret, non semper cum dispensatur, cessat om-

nino causa legis in eo priuato. Quia satis est ad dispensationem causa dubia. Quæ ad cessationem obligationis legis minime sufficeret. Ad vltimum constabit ex dicendis disputat. sequenti, sine.

DISPUTATIO DECIMANONA.

Quæ sint iustæ causæ dispensandi in impedimentis matrimonium di-
rimentibus?

SUMMARIUM.

Causa iusta dispensationis an semper debeat esse bonum commune. nu. 1.

Quid intelligatur in 1. r. d. nomine magnorum principum, cuiuslibet solis est dispensandū in secundo consanguinitatis gradu. nu. 2.

An id decretum procedat in publica honestate, etiam in primo gradu. nu. 3.

Ex quibus causis dispensatur etiam cum non magis Principibus. nu. 4.

An licitè dispensetur facilius cum diuitibus, et pauperibus. nu. 5.

Dum assignatur ac causa, contrahentes esse nobiles, aut ex nobili genere natos: aut ex principioribus viris, quomodo intelligatur. nu. 6.

An ruginior causa desideretur in consanguinitate, quæ in affinitate, et cognatione spiritali, et an in hac sicut Pontifex dispensat: et eo maior causa petatur, quod gradus est propinquior: et in recta linea. nu. 7.

An extindit litis, et pax sit iusta dispensandi causa. nu. 8.

Quid de scandalorum euitione: et que sint hæc scandala. nu. 9.

Qualiter intelligatur causa, dum allegatur subortura scandala. nu. 10.

An sit iusta causa, quando dispensatione obuiatur magno delicto. nu. 11.

An sit iusta, non reperiri ob loci angustiam, vel magnam sobolem, coniugium æquale. nu. 12.

Quid, si in locis vicinis æquale reperitur. nu. 13.

An ea causa sit falsa, si vnum tantum, aut alterum reperitur æquale. nu. 14.

Quæ spectanda sint ut matrimonium dicatur æquale. nu. 15.

An defectus dotis competentis ad nubendum æquali, sit iusta causa. nu. 16.

Quid, si sufficiat ut nubat æquali femina, non tamen ei, qui illam ducere vult. numero. 17.

An sit augmentum dotis femina aliis sufficientem dotem habentis. nu. 18.

An sufficiat contrahentes institutos esse heredes sub conditione matrimonij. nu. 19.

An sit causa, si patrimonium femine sit litibus implicitum. nu. 20.

An censetur femina carere dote, quando habet patrem diuitem. nu. 21.

Quid, si iure succedendi careret. nu. 22.

Quid, si non sufficiat legitima ad dotem, nisi in aliqua parte melioretur. nu. 23.

Quid, si frater, vel alius doret, siue præciserit pactum, siue non. nu. 24.

Quid, si parentes nequeant dotare, et tamen mortuus habebit dotem. nu. 25.

Quid, si facultatibus renunciat, et ideo careret dote. nu. 26.

An quando femina verè carebat dote, possit nolle hereditatem, vel legatum acceptare, vel in alium cedere, quod ritulo paupertatis secum dispensetur. nu. 27.

Quid, si instituta heres, in seia institutionis impetravit dispensationem titulo paupertatis, et inijt matrimonium. nu. 28.

Quid, si allegetur feminæ mansuræ in nuptiam defectu dotis: cum tamè ob aliam causam, ut infamiam, careret, et eadè contingat. nu. 29.

An sit iusta causa, conseruatio diuitiarum in eadem cognatione. nu. 30.

Quid de conseruatione illustri familia in eodem sanguine. nu. 31.

Quid de excellentia meritorum patris, vel eius cui petatur dispensatio. nu. 32.

Quid, si proles sit habita ex illa consanguine. nu. 33.

An quando singule cause non sufficiunt, possint multa collecta sufficere: et ad id conferat feminam esse à parenti orbam. num. 34. Et ibi, an inuere filios ex alio matrimonio super esse?

An compositio pecuniaria absque alia causa sufficiat. nu. 35.

Supponendum est primò quamuis nunquam dispensatio fieri debeat contra bonum commune, ob idque frequenter in legibus dispensandum non sit: quòd ea frequentia vim legum eneruat, quibus bonum commune conseruatur, & vnicuique ad legum violationem viam aperit, ut deciditur in Trid. sess. 25. c. 18. de reform. at non semper desiderari ad iustam dispensationem, ut causa directè ad bonum commune referatur: sed satis esse indirectè, ac virtute, prout bonum partis redundat in bonum totius. Constat ex. c. requiritis §. nisi rigor. l. q. 7. vbi ponuntur causæ dispensandi solum priuatum bonum respicientem. Item ex vfu Ecclesie passim in impedimentis dirimentibus dispensantis, ob mulieris inopiam, & in voto ob periculum incòtinencie. Quæ causæ bonum priuatum directè spectant, & D. Tho. 1. 2. q. 97. art. 4. corpore, rationem dispensandi in præcepto assignat, quòd maius bonum persone priuatae cum qua dispensandū est, impediatur: vel caueatur aliquid peius, vnde dicitur. D. Th. eod. art. 4. & Sot. lib. 1. de iust. q. 7. art. 3. col. 4. vers. causas verò, auct in fidele fore dispensatorem, nisi propter bonum commune dispensent, intelliguntur saltem indirectè.

Secundò supponendum est in Trident. sess. 2. 4. de matrim. c. 5. fin. statutum esse ne in secundo gradu dispèsetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. Quid autem nomine magnorum Principum intelligatur, non parua difficultas est. Et quidem clem. vnica, de bapt. interdicatur baptismum extra Ecclesiam, nisi filiorum Regis, vel Principum: & ibi Glossa, verb. regū, ait Principatū sumi pro notabili potestate merito Regie dignitati comparado. Atque idè tradunt Cardin. ibi. n. 8. Anchar. n. 4. Immol. n. 8. fin. Suarez. 3. p. q. 71. disp. 31. sectione. 2. colum. 4. explicatque Suarez non comprehendit filios marchionum, aut ducum, qui Regibus subduntur. Verum hinc non deducitur sumi ita strictè Principes in prædicto Tridentini decreto. Quia ex adiunctis hæc Principum stricta significatio colligitur ex illa clemantina: ut pote quæ filios Regum, ac Principum æquiparauit. Quare Henricus lib. 12. de matrim. c. 3. n. 6. in commento, litora. X. ait in Tridentino praxim interpretari nomine Principum intelligi principales personas: & n. 9. ait intelligi viros opulentos. Quod ex larga significatione hi Principes appellantur, ut ex multis probat Tri-

raq. de nobilitate. c. 3. nu. 5. & 6. & l. si vnquam, verb. facultatū, à nu. 1. C. de reuoc. don. Molina lib. 1. de primog. c. 2. n. 25. Sed hæc interpretatio non placet. Quia Tridètinū non dicit absolute Principes, sed magnos Principes. At viros opulentos nemo magnos Principes iure vocarit. Adde mentem Tridentini fuisse, ut rarissime essent hæc dispensationes. Quæ defraudatur intelligendo viros opulentos. Cui frequentissimi mercatores diuitijs abundant. Quare existimo intelligi in eo decreto dominos solos titulares, qui merito magni domini appellari possunt. Cui expositioni maxime fauet in simili Baldus. c. innotuit. n. peult. de elect. vbi in priuilegio concessio alicui legitimi omnes, præter natos de genere magnatum, ait nomine magnatum comprehendere nobiles, qui sunt in aliquo potentatu, seu Baronia.

In eodem autem Tridentini decreto non comprehenditur impedimentum publicæ honestatis etiam primi gradus. Quia est multò minus impedimentum. Sic Nauar. lib. 4. conf. tit. de consanguin. in 1. editio. ac, consil. 8. fin. in 2. consil. 4. sine. Quare nec credo procedere in gradu quocunque affinitatis fornicariæ. Quia ea valde imperfecta est, nec secundum gradum excedit: atque ita clauderet omnino dispensationem circa illam. Sed solum procedit in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis ex copula licita.

Ad cū id Tridentini decretum Pontificem non constringat: & rigor vnus iuris sit temperandus per alterius benignitatem, solent Pontifices ex benignitate dispensare cum personis inferioris notæ, & licet non adit causa publicum bonum directè spectans, sed priuatum. Huiusmodi autem causæ sunt. Prima, matrimonium esse inter hos iam initium cum ignorantia rigoris prohibitionis Tridentini. Secundò proles iam habita. Tertiò diuturnitas matrimonij male cōtracti. Quartò scandala ex separatione oriturū. Vltimò, clemetia Pontificis, quæ puella pauper sit, velitque pariter ipsam ducere, ac honestè dotare. Sic Nauar. lib. 4. conf. tit. de consanguinitate, in priori editione, toto conf. 6. in posteriori, toto conf. 13. Petrus de Ledel. sum. sacra. vbi de matr. c. 27. immediate ante. §. conclus. Manuel. 1. tom. sum. m. 2. editione. c. 237. n. 3. Henricus lib. 12. de matr. c. 3. nu. 9. fin. Vega. 2. tomo sum. m. c. 34. casu. 167.

Tertiò supponendū est, iure optimo faci

lids dispensari in matrimonij impedimentis est diuitibus, & potentibus, nec acceptio- nem personarum in hoc reperiri. Quia dispensatio in his precipue conceditur ob firmam pacis sedes. Quod magis necessarium est bono communi circa diuites, & potentes, quam circa pauperes, ac populares. Sic D. Thom. 2. 2. q. 63. ar. 2. ad 2. Conrad. 1. 2. q. 97. ar. 4. ad 2. Loazes de matrimonio Regis Angliae, dubio. 2. in solutio. ad 4. partis negantis. n. 2. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 9. n. 7. fin. Anton. Cucus lib. 5. in institution. maiorum tit. 13. nu. 15. Petrus de Ledef. de matrim. q. 56. ar. vltimo. fin. Idq. constat ex Trid. ses. 24. de matrim. c. 5. fine, vbi iubet ne cum popularibus, sed cum Principibus magnis dispensetur in secundo gradu.

6 Quanois autem l. regia. 3. tit. 2. p. 2. decidatur ut quis dicatur nobilis, exigi vt talis sit ex parte vtriusq. parentis: secus vt dicatur quod vulgo dicimus, hijo dalgo, satis enim est, & desideratur nobilitas ex parte patris: at dum in dispensatione allegatur aliquos esse nobiles, satis est nobilitas ex parte patris, eaq. est necessaria. Quia communis modus intelligendi est, eos esse hijos dalgo, quod à patre solo deriuatur. Sic Zaballo dicens se ita vidisse saepe praxi receptum, q. practicus. q. 688. n. 11. 12. Plus autem sonare dicere aliquos esse ex nobili genere natos, quam dicere esse nobiles testatur Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum, tit. 13. n. 15. Sed non video congruam discriminis rationem. Quod nobilis esse quispiam nequeat, nisi ex nobili genere paterno originem ducat. Quando autem dicitur eos esse principales, vel ex principalioribus populi, ex dictis. n. 2. colligitur fat esse vt tales dicantur, eos esse viros potentes, ac valde diuites. Et ita videtur literas perinde valere concessas à Sixto V. anno 1587. Quod in dispensatione dicebatur quosdam esse nobiles, cum tamen tales non essent: & ad impetrandas literas perinde valere, narratum est Pontifici eos esse ex principalioribus populi: & iussit admitti si ex principalioribus essent, quauis non nobiles.

7 Quartò suppono, quò propinquior est gradus, eò vrgentior causam exigi ad dispensandam. Nam strictius est impedimentum. Sic Gallego de cognat. spirituali. c. 23. n. 5. Petrus de Ledefma de matrim. q. 56. ar. vltimo. ad finem, & summa sacram. vbi de matrim. c. 27. conclus. 5. Manuel. 1. 1. omo summa. 2. edition. c. 238. n. 4. Vega

1. tomo summa. cap. 34. casu. 167. Insuper ab eadem rationem vrgentior causa desideratur ad dispensandam in consanguinitatis gradu, quam in eodem afinitatis: & maior vt dispensetur in linea recta, quam in transfersa. Sic Gallego, Manuel, Vega proximè allegati. Insuper maiorè causam petit dispensatio in cognatione spirituali, quam in carnali. Nam vt ait Abb. c. fin. n. 4. de purgat. canon. magis abstinentium est à cognatione spirituali, quam carnali. Quia cum cognatio spiritualis à venerabiliiori principio procedat, est magis ueneratione digna, & allegat textum optimum c. 1. & c. Pictariu, iuncta Glossa ibi, verba multo magis 30. q. 3. vnde aiunt Abb. ibi. n. 5. Decius conf. 462. vltima legitimatio. n. 3. vol. 4. Felinus. c. ar. si clericus, in principio. n. 14. limit. 2. de iudicis. Gulielmus Benedictus. c. Raynuntius, verb. & vxoem nomine Adelsiam, decisione. 5. n. 202. de testam. Mandosius in praxi signaturæ, tit. dispensationes matrimoniales, vers. in prima specie allegans multa hoc matrimonij indecens esse probantia, aiunt (inquam) nunquam legi Ecclesiam Romanam dispensasse circa cognationem spiritalem. Quod quidem indistinctè aiunt Abb. Decius, Felin. Gulielmus Benedictus: imò hi duo addunt hæc verba, *Quod nota tu qui habes commatrem.* Vbi expresse videntur loqui tam de filiatione spirituali, quam de comaternitate. Sed melius Mandosius proximè allegatus hoc intelligit in prima specie, quam eodem, tit. vers. cognatio spiritualis explicat esse filiationem, que est inter leuantem, seu tenentem, & leuatam, seu tentam. Nam in vers. in secunda verò, ait saepe dispensari in 2. specie, quã in vers. secunda dicitur, ait esse comaternitatem, que est inter leuantem, vel tenentem, & inter parentes leuatam, vel tentam.

8 His præmissis tres causæ solent communiter assignari, atq. eas solas dicuntur. summa latina. c. 22. n. vltimo. Hispana. c. 28. addit. ad. n. 85. fin. c. 22. acceptare curiã tanquam iustas etiam ad dispensandum in quarto gradu. Prima est, extinctio magnæ litis. Ad quam reducitur pax consanguineorum, que non cõparabitur nisi eo matrimonio sequuto. Conducit enim publico bono pax ciuim. In cuius cõfirmationem facit doctrina. D. Thom. 2. 2. q. 63. ar. 2. ad 2. docentis has dispensationes matrimoniales concedi potissimum ad pacem firmendam. Atq. ita hæc esse iusta causam

docent

docent Palud. 4. d. 40. q. vnica, ar. 3. n. 20. & ibi Supple mentum Gabrielis. q. vnica, ar. 3. dubio. 3. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 14. §. vltimo, ad finem. Victoria summa, vbi de matrim. n. 295. Henriquez lib. 12. de matrim. c. 3. nu. 9. Petrus de Ledefma de matrim. q. 56. ar. vltimo, ad finem: & summa sacram. vbi de matrim. c. 27. conclus. 5. Ludouicus Lopez. 2. p. iulfructu- rij, vbi de matrim. c. vltimo, columna penultima. Manuel. 1. tomo summa. 2. edition. c. 237. conclus. 1. nu. 2. Grassis. 1. p. decisionum, lib. 2. c. 81. fine. Vega. 2. tomo summa. c. 34. casu. 167. Et ex Iurisperitis Abb. c. quia circa. n. 2. de consanguin. & ibi Alex. de Neuo. n. 2. Præpos. n. 1. Mandosius de signaturæ gratiæ, tit. dispensationes matrimoniales, vers. iusta causa dispensandi. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum, tit. 13. n. 14. Gallego de cognat. spir. c. 22. n. 7. & 16.

9 Ad hæc quoque causam reducitur eui ratio scandalorum inter cognatos. Quippe gratia (scandalis vitandi) receditur à iuris communis dispositione. c. 2. de noui operis nunciatio. Et valde interest boni communis scandala vitari. Sic Host. c. quia circa, fine, de consang. & ibi Ioan. And. n. 4. Abb. n. 2. Alex. de Neuo. n. 2. Præposit. n. 1. Henricus sine. Mandosius de signaturæ gratiæ, tit. dispensationes matrimoniales, verb. ad euitanda graua. Anton. Cucus num. præcedenti allegatus. Et addunt Abbas, Præpos. & Alex. de Neuo esse hæc iustam dispensandi causam, etiam ante matrimonij contractum. Scandalum quoque, quod ex dissolutione matrimonij iam contracti sequeretur, sufficientem huius dispensationis causam præbet. Vt optimè aiunt Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 13. Henriquez n. præcedenti allegatus. Guerti. q. canon. lib. 2. c. 15. n. 107. Petrus de Ledefma de matrim. q. 56. ar. vltimo, dub. 4. conclus. 2. Hæc autem scādala sunt, vel quoties timentur inimicitia, & iurgia, vel quoties timentur fornicationis periculum, ratione iuuentutis contrahentium. Quod bene docent Felinus consil. 26. n. 19. vers. vnde considerandum est. Menochius consil. 385. n. 7. vol. 4.

10 Hinc inferitur intellectus causæ, que sæpè allegatur ad dispensationem impetrandam post matrimonij initium, nempe, suboritura scandala ex dissolutione. Quæ etiam solet allegari matrimonio nõdum inito, quando mulier à iuram fama

passa est ex copula habita cum consanguineo, cui nuptura est, vel ex frequenti, suspectaque cõuersatione cum ipso. Ad eius enim veritatem sufficit vel probabilis timor inimicitiarum inter vtriusque consanguineos: vel incontinentiæ, ex eo quòd ij iuuenes sint, & cum sæpè non confer in foro externo impedimentum occultum, quòd prius matrimonium irritat, neutri concedetur aliarum nuptiarum facultas, & ita vterque in periculo incontinentiæ versabitur, vel concubinatus inter se: vel mulier ratione infamiæ non poterit competenter nubere, & ita incontinentiæ periculum patietur. Constat ex dictis nu. præcedenti, & faciunt, quæ num. sequenti dicam.

11 Secundò inferitur esse similiter iustam dispensandi causam, quando dispensatio est quasi remedium necessarium obuiandi alicui magno delicto. Hoc colligitur ex D. Thom. 1. 2. q. 97. ar. 4. corpore, vbi rationem dispensandi assignat, quòd præceptum non sit conueniens huic personæ, vel in hoc casu: eò quòd impediatur aliquid melius, vel inducetur aliquod malum. Et tenet Gallego de cognat. spir. c. 22. n. 7.

12 Secunda causa est, vel quando ob loci angustiam, vel nimis propagatam femininæ cognationem in loco insigni, quem inhabitat, non reperitur matrimonij æquale, præter quàm cum consanguineis, vel affinibus. Huius causæ ea est ratio, quòd valde expediat bono communi matrimonio inter pares iniri. Vt latissime probat Ti-raquel. l. 5. connubiali, à n. 1. Et ita docet Nauar. Petrus de Ledefma, Manuel, Ludouicus Lopez, Vega citati. n. 8. Gallego de cognat. spir. c. 22. n. 10. Grassis allegatus n. 8. Henriquez ibi citatus.

13 Circa hæc autem causam dubitatur, an ea sit sufficientis, & verificetur, si in locis circūuicinis reperitur matrimonium æquale, & cum illa dote femininæ, non autem in proprio. Nauar. Petrus de Ledefma, Grassis, Ludouicus Lopez, Vega nu. præcedenti allegati videntur sentire non esse tunc sufficientem causam, neque eam verificari: nam addunt causæ huic, quasi eam limitantes, si mulier non habeat sufficientem dotem ad nubendum extra id oppidum. At contrarium significat Gallego, Henriquez, Manuel citati. n. præcedenti, cum ea limitatione non adiecta doceant absolute esse sufficientem causam,

non

non inueniri matrimonium æquale intra proprium fœmina oppidum. Idq; verum cenſeo. Quippe dariſſimum eſt, cogi fœminam extra proprium oppidum nubere, vt ſic patris, & matris, & conſanguineorũ conſortio deſtituta, acerbam, ac ſolitaria vitam tranſigat. Idq; Cardinalium congregatio declarauit ad infantium Archiepiſcopi Mediolanenſis die. 18. Nouembris, anni. 1570. his verbis. *Claufula illa qua dispensationibus occasione dotis incompetenti apponi ſolet, videlicet, quia virum ſibi non conſanguineum, vel affinem paris conditionis inuenire nequit, verificatur, & iuſtificatur per diligentiam duntaxat præſtitam in ipſo loco mulieris, & non in locis circumuicinis.*

14 Secundo dubitatur, qualiter verificanda ſit hæc cauſa, num. ſcilicet, exactiſſimè, & quod vulgò vocant, à punto crudo, indagandum ſit ad verificandam hanc cauſam, ſitne aliquis vir paris in omnibus conditionis, cui fœmina nubere poſſit? Reſpondeo id nõ eſſe ita ſtrictè accipiendũ, ſed moralitè modo. Satis enim eſt ad verificandam eã cauſam, cõmuniter nõ reperiiri in eo loco viros pares, qui non ſint cõſanguinei, vel affines. Quod quidem clarè ſignificat Nauar. Petrus de Ledefma, Ludouicus Lopez, Graſſis, Vega nu. 8. allegati, dum hæc cauſam his verbis explicant. *Quando maior pars ſibi parium ſuæ ciuitatis, vel loci inſignis quem inhabitat fœmina, ſunt ei conſanguinei, vel affines intra quartum gradum.* Et ratio huius eſt. Quia cùm matrimonia debeant eſſe libera, & multas conditiones exigant, vt conuenientia, & paria iudicentur, expectat valde ne fœmina ad vnum vel alterum coniugium arctetur: ſed ſint varia, ex quibus ei detur optio.

15 Vltimò dubitatur, ex quibus diiudicandum ſit matrimonium æquale? Non enim ſola generis, ac diuitiarum æqualitas ſpectanda ſunt: ſed etiam mores viri, vt proba tit lib. 4. diſput. 16. à. num. 23. vſque ad 27. Et addo rationem etiam habendam, ne diſpar ſit valde ætas, vel vir ex alio matrimonio filios habeat: vel aſperit ingenij ſit. Hæc enim omnia diſparitatè in matrimonijs conſtituunt. Et quo fœmina duriſſoris, atq; minus tolerabilis ingenij eſt, eò vir mitioris, ac tolerantioris neceſſarius illi eſt. vt benè conuenire poſſint.

16 Vltima cauſa ex tribus, num. 8. diſtis eſt, deſectus dotis cõpetentis, vt fœmina iuxta ſuam conditionem nubat extraneo æquali. Quòd ad bonum publicum confe-

rat, ne deſectu dotis fœminæ innuptæ maneat, vel inæquali viro nubant. Atque ita in priori euentu periculum incontinentiæ ſubſit: in poſteriori autem plullentia diſcordiæ ex cõiugio diſpari oriri ſolite. Atque idèd hanc cauſam tradit Naua. Petrus de Ledefma, Manuel, Graſſis, Ludouicus Lopez. n. 8. allegati. Gutier. queſt. canon. lib. 2. c. 15. nu. 107. Gallego de cognatione ſpirit. c. 22. n. 8. Quid autem ſi fit cõpetens dos ad matrimonium æquale in oppido circumuicino, nõ autem in proprio, dixi, nu. 13.

17 Circa hanc autem cauſam multe difficultates inſurgunt. Prima eſt, an ſit ſufficiens diſpenſandi cauſa, quando dos fœminæ eſt ſufficiens ad nubendum ſibi æquali, at minus ſufficiens reſpectu viri eam ducere volentis? Aliqui affirmant. Quia magnum & paruum non dicuntur talia abſolutè, ſed reſpectiue in ordine ad aliud: atque ita dos cõpetens, & incompetentes dicitur reſpectiue. Quare dos quæ eſt cõpetens reſpectu vnus, erit incompetentes, ſi reſpectu alterius non ſufficiat: ac proinde verificabitur dotem eſſe incompetentem. Sic Nau. Petrus de Ledefma, Graſſis, Manuel, Ludouicus Lopez. num. 8. allegati. Idem videtur tenere Henriquez quamuis ſub obſcuris verbis, lib. 12. de matric. c. 3. num. 9. Sed Gallego de cognatione ſpirit. cap. 22. n. 9. hanc cauſam ſolùm approbat, quãdo conſanguinitas eſt in quarto gradu: niſi in alio gradu conueniat quoq; alia cauſa, vt ſi mulier fuerit parentibus orbata. Nam huiusmodi fœminæ etſi ſufficientem dotem habeant, quàm plurimũ ſunt periculis expoſitæ, ac veluti miſerabiles perſonæ reputantur. Sed neutra ſententia mihi placet. Quòd nulla pietatis cauſa tũe verſetur, quæ concurrere debet vt diſpenſatio licita ſit. Cũ enim fœmina illa deo viro equali habeat, poteſt ſimili viro electo cauere omnia pericula, quibus deſectu parentum expoſita eſt. Nec Eccleſia illi ſauet vt virum conditione, aut diuitijs impari queat. Præterea quia id ad ſolùm patrimonij argumentum ſpectat. Quod non eſſe cauſam ſufficientem dicemus, numer. ſequenti.

18 Neq; erit iuſta cauſa augmentum dotis, & patrimonij mulieris, quæ dotem cõpetentem habeat. Quia cùm mulier illa diues ſit, nullam in hoc pietatis ratio inuenitur. Præterea quia iuſta diſpenſandi cauſa debet redũdare in maius bonũ ſpirituale,

vt

vt contingit quãdo mulier eſt pauper. Nõ enim diſpenſatur tunc ob temporale ipſius bonum, ſed ob ſpirituale, ne cum animæ periculo innupta maneat. Quæ ratio eſſat in muliere diuite. Atque ita docent Paludanus, Supplementum Gabrielis. D. Antoninus, Petrus de Ledefma citati. numer. 8.

19 Hinc deducitur, dubium eſſe quòd ſit Gutierrez conſ. 18. nu. 11. ſin. nempe, iuſtã cenſeri cauſam diſpenſandi in tertio gradu, quòd duo ſimul hæredes inſtituti ſint ſub conditione matrimonij inter ſe in eundem. At poteſt defendi: quia aliud eſt acquirere, aliud verò deperdere ius acquiſitum. Cùm ergo ius ad illam hæreditatem opulentam (vt ſupponimus, ſi enim eſſet parui momenti, non ſufficeret) ſit per teſtatoris mortem acquiſitum, iuſta, ac pia videtur cauſa vt Pontifex diſpenſet, vt ſi impleatur conditio, & ius id acquiſitum non perdat. Deinde quia maior pietas verſatur in iuris acquiſiti amiſſione vitanda, quàm in bonis deũdò quærendis.

20 Rurſus ex hoc ſubinfertur, ſufficientè cauſam eſſe, quando bona pars patrimonij fœminæ, aut iam acquiſiti, aut ad cuius acquiſitionem fœmina ius habet, litibus implicatur, ac omninò deſtituta eſt homine qui ad litem illam ſtudioſè attendat, ac negotium illius tanquam proprium gerat. Quamobrem periculum cadendi cauſa ſubest, & ob hanc cauſam diſpenſauit his proximè diebus Põtifex cum quadam fœminã vt conſanguineo nuberet. Quòd ad pietatè ſpectet fœminæ illi deſtitutæ ſubuenire, ne honorũ iacturã patiatur. Quod intellige quando conſanguineus ille valde neceſſarius eſſet ratione peritiæ circa illam litem, aut alia de cauſa: ſita vt difficilè ſubuenietur non inito eo matrimonio. Nã quicunq; alius vir, cui nubat, litem illam ſtudioſè geret, vt potèſt perſona cuius iam intereſt victoriam litis conſequi.

21 Secunda difficultas eſt, An cõſeatur fœmina pauper, ac dote carens, ſi nil poſſideat, ac parentes diuites habeat? Reſpondeo quamuis ſub iudice ſit an pauper hæc dicatur quoad alios iuris effectus, vt ad ſuccedendum in quarta bonorum mariti parte, iuxta auth. præterea. C. vnde vir, & ad alios effectus: vt poteſt videri apud Barboſam l. maritum. 13. n. 99. ff. ſolut. matrim. at verè non dici pauperem hanc, ſed in cõmuni loquendi modo diuitem (vt optimè docet Molin. tom. 1. de iuſtitia, tractatu. 2. diſ-

put. 146. col. 4. verſ. illud præterea.) Quare non verificabitur clauſula incompetentiæ dotis in hac fœminã. Nam etſi iuxta præſentem ſtatum nil proprium habeat, obtiner tamen ius ſuccedendi in bona parentum, ac compellendi eos vt ſtatum eam dotent cõpetenter iuxta ſtatum, ac ipſorũ facultates. Nec verificabitur dicta clauſula, licet pater rigidus, ac parcus ſit, ac propterea, aut ob aliam cauſam nolit dotare. Quia cùm ius ſuccedendi, ac compellendi habeat, diues ſimpliciter, ac cõpetentem dotem habens dicitur.

22 Secundo dico, ſi fœmina illa iure ſuccedendi careret, vt ſi ſit in regno, in quo ſeruat ius cõmune, nepe, vt non ſit certa legitiſſima filiorũ, ſed in parentũ libertate ſit, cuiusq; bona ſua dare ſolis quinq; florenis relictis filia, dici illam pauperem, ac dote cõpetenti carentem, quamuis ipſa & conſanguineus cui nuptura eſt, ſint quaſi certi, fore vt parentes diuites relinquat vniuerſas facultates filia, eò quòd eã valde ament, ac reliquos filios odio habeant. Quia ſpes ſucceſſionis, vel donationis, vel applicationis bonorum, antequam donatio, vel applicatio fiat, non cenſetur eſſe bona illius prædictam ſpem habentis, quæ verè à libera alterius voluntate pendet. Sic Nauar. lib. 1. conſ. in 2. edition. tit. de reſcriptis, conſ. 19. ſin.

23 Hinc primò deducitur, quando facultates parentum non ſufficiunt ad cõpetenter dotandam filiam, niſi vltra legitimum illi iure debitam, ipſam cæteris filijs in bonis præferant (quod barbarè meliorare dicitur,) dici eam pauperem, & carere dote: quamuis certa ſit velle parentes eam præferre. Quòd ius non habeat vt cæteris præferatur, ſed id ex parentũ voluntate pendeat. Atq; dicitur ſubinde pauper, iuxta diſta. n. præcedenti. Quod maxime verũ eſt in hoc Caſtellæ regno, in quo etſi parentes velint filiam cauſa dotis præferre, ipſis interdicitur. l. regia. 1. tit. 2. lib. 4. recopilationis regie.

24 Secundo deducitur, verè dari pauperem, ac incompetentem dici dotem, quando frater, aut quicunq; alius eam fœminã dotare vult, ſi nullum dotandi pactũ præceſſerit, per quod ius irreuocabile illa acquiſierit: vel ſi pactum fuit dotandi ſi nubat illi conſanguineo. Quia cùm non exiſtente pacto, aut non impleta ea conditione nullum ius habeat ad dote, dicitur verè pauper, non obſtante certitudine vo-

lun.

luntatis fratris eam dotandi, iuxta dicta num. 22.

25 Vitimò dico, Si bona parentum ita se habeant, (vt sepe contingit), vt dom parentes superflites sunt, non possint parte bonorum ad dotem competentem necessaria se spoliare: indigent enim bonis, quæ habent ad honestam, statuique conuenientem vitam ducendam, dici verè feminam pauperem, ac dote carentem, quanuis bona, in quæ parentibus defunctis est, necessariò succellura, sint satis doti competenti. Quia vt matrimonij onera sustineatur, necesse est statim dari dotem, qua non statim tradita, contemnetur vxor à viro, & parè cum ea ager. Quod benè docet Henriquez lib. 12. de matrimon. c. 3. n. 9. in commento, littera E. dicens puellam censeri pauperem, si in eo loco habitet, in quo legitima consuetudine receptum est, ne pater sponsæ etiam diues det dotem genero, se à solas vestes, & solùm post parentum obitum dos debeat. Quod sano modo intellige, si enim vsus esset, vt omnes eo modo acciperent vxores, nullum defectu dotis patitur detrimentum talis femina: & ideò ille non præstabit iustam dispensandi causam. Secus si pater solas vestes possit cõpelli dare, & absque alia dote in vita tradita nõ inuenietur ibi vir equalis.

26 Tertia difficultas est. An conceatur pauperi femina, & dote competenti carens, quando bonis verè renunciauit, eo animo, vt paupertatis titulo dispensationem ad nubendum consanguineo impetraret? Et videtur pars affirmans, quòd vere pauper sit, ac dote careat, siue denunciando deliquerit, siue non. Secundo, quia licita est bonorum renunciatio, vt renuncians admittatur ad collegium solis pauperibus à fundatore destinatum. Vt tradunt Nauar. summa Latina. c. 18. n. 108. Hispana. c. 28. addit. ad nu. 107. c. 17. Henriquez lib. 13. de excom. c. 56. n. 1. in commento, littera N. Ludovic. Lop. 1. p. instructorij. c. 159. initio. Vega. 1. tomo summe. c. 91. casu. 18.

27 Cùm tamen id cedat in detrimentum verorum pauperum, quibus id collegium institutum est. Ergo à fortiori verum habebit in nostro casu, qui in nullus damnus vergit. Cæterum existimo nec id licere, nec valere dispensationem obtentam ea fraude tacita. Ducor ad priorem partem, quia non est simile de renunciatione ad admissionem in collegium. Quippe is finis est optimus, cùm in eo collegio commo-

dius, ac maiori studio vacetur literis, & educatio studiosior sit. Adde vñm sic interpretatum esse testatoris voluntas voluntatem. At in nostro casu deficit finis studiosus, & renunciatio sit animo eximè di se à lege contra sacrorum canonũ mentem. Nec consuetudo explicuit mentem Pontificum esse, concedere dispensationem ob hanc affectatam paupertatem, gratia illius extorquenda. Posterior autè pars probatur, quia allegatur Pontifici ea paupertas, vt causa dispensationis legitima, quæ tantùm abest, vt causa dispensationis sit, vt potius retraheret ipsum à dispensatione concedenda: quòd ipsi fraudibus obuietur. Iuxta regulam, quam ex aliquorũ mente referemus disput. 25. n. 38. Si tamè renunciatio non ad eum finem facta fuisset, sed ad alium quemcumque etiam in honestum, si vere fuit facta absque pacto expresso, vel tacito retrodonandi, quauis certa fiducia concepta, fore vt is, in quem renunciatio facta est, reddat ex sua liberalitate postea bona renuncianti, valida erit dispensatio allegando paupertatem, tacitaque renunciatione, vnde orta est. Quia ea femina vere pauper est, ac dote caret, nullamque, vt obtineret dispensationem, fraudem admittit. Nec ea fiducia constituit eã diuitem: vt pote que soli alterius voluntati innititur. Iuxta dicta. n. 22. Adde valitum eam dispensationem, quanuis hæc dotem in vñbus turpibus cõsumpisset.

28 Maior autem difficultas est, quòd femina verè carebat dote, quando dispensatio impetrata est ratione dotis incompetētis: at antequam expediretur per ordinariũ, est instituta hæres, aut legataria maxime quantitatis, an tunc possit hæreditatè hæc, aut legatum repudiare, ne ea effecta diues frustretur dispensationis valore, quasi cessante causa? Et quidem si femina cederet, aut renunciaret in fauorem alieuius, manifestum est iam illam acquisisse hæreditatem, vel legatum, & effectam fuisse diuitem. Cũ in ea cessione includatur prius natura tacita aditio (vt probauit lib. 6. disput. 4. n. 17.) ac proinde renunciatio illa dolosa non proderit, sicut si à principio facta esset. At difficultas est, an possit absoluted renuciare hæreditati illi, vel legato, ne dispensationis effectũ defraudetur? Et partem negantem suadet, quòd in foro conscientie non liceat hæc renunciatio in creditorum fraudem. (Vt probauit lib. 6. dis-

put.

put. 4. nu. 9.) Sed id beneficium in solo foro externo prodest. Ergo saltem in foro conscientie dispensatio illa cessabit. Et cõfirmatur, quia si legatum consistat in specie, transferetur dominium in legatarium à die mortis testatoris, non expectata hæreditatis aditione. l. à Titio. ff. de furtis. Cũ ergo domina effecta iam sit illius legati, cessabit paupertas, ac subinde dispensatio. Sed his non obstantibus, existimo integrum esse in vtroque foro huic femina renuciare illi hæreditati, vel legato, antequam tacite, vel expressè acceptet, ne valor dispensationis cesset, siue renuciaret, antequam mirat Romam pro dispensatione obtinenda, siue postquam Pontifex illam expeditur. Ducor, quòd iura concedant prædictam renunciationem hæreditatis, vel legati, censentque id non esse proprium patrimonium inuidi, sed tantũ nõ acquirere (vt explicui lib. 6. disput. 4. nu. 8.) vbi etiam ostendi dominium legati nõ acquiri perse hæ, sed dependenter ab acceptatione. Ergo potest in vtroque foro hæc femina iure illo sibi per leges concessio vt, ne acquisitio illa noxia sibi sit. Quia quãuis in fraudem creditorum, dicendum sit diuersimodè in foro interno, & externo: eò quòd lex iustitiae, qua creditoribus debitor tenetur, obligat ad acquirendũ, quòd illatũ non est soluendo. At in nostro casu non est uerũ in vtroque forum differentia constituitur. Cũ nulla sit alia lex ad acquirendum obligans, nec frans Pontifici hæc, non enim tenetur hæc diuitis in suum damnũ acquirere. Quare idẽ sentio, si antequam mitteret Romã, vel postquam misit, antequam Pontifex dispensaret, instituta sit in prædicta hereditate, vel legato: potest enim illi simili modo renuciare ad effectum prædictæ dispensationis obtinendæ. Quia in hoc nulla fraus versatur, cùm illi de patrimonio deperdat, sed tantum non acquirat: nec ad acquirendũ aliqua lege obligetur. Non tamen poterit vi dispensatione, si nolit renuciare, nec acceptare. Quippe verè non est pauper, vt potè quæ adhuc ius ad rem acquisitũ per testatoris mortem retinet.

28 Quòd si hæres, vel legataria instituta sit, ac institutionis incesta, eò quòd fuit in partibus remotissimis, misit Romam probatè dispensatione, allegando paupertatem, & concessa sibi ea dispensatione inijt matrimonium, ac post initum peruenit ad eius noticiam institutio; potest

acceptare, nec defraudabitur suo valore matrimonium. Quia vera paupertas allegata est Pontifici, cùm nondum hæc acceptasset, & incesta fuerit huius iuris ad rem: hæc piè credendũ est, esse Pontificis mentem, ne dispensationes, & matrimonii periculo exponantur: & cessatio causæ postquam effectus illius consummatus est, nil obest, vt suo loco dicemus.

29 Quarta difficultas est. An dispensatio impetrata allegãdo fore vt femina inupta defuncti dotis maneat, valida sit, si verificetur feminam inuptam remansuram, at id aliud de prouenit, vt quòd sit grandæua, vel filios ex alio matrimonio habeat, vel sit deformis, aut de aliquo crimine infamata, ob illud ve punita? Et videtur irrita. Quippe vnica allegatur dispensationis causa, quæ est timor calibatus ex doto defuncti non enim sunt hæc due causæ, sed vnica assignata eius ratione. Sed existimo eã esse validam, ac dotis defectum verificari. Quia dos non dicitur sufficiens absolutè, sed respectiue, atque illa mulier quòd pluram habet vitia, eò ampliori indiget dote, quæ illa compensetur, vt sic viro æquali nubeat. Quamuis ijs vitijs seclusis possit cum ea dote commode nubere. Adde reuera Pontificis mentem eò tendere, nec hæc femina inupta maneat: & nil refert vnde id dimanet, & verificatur fore vt sit inupta.

30 Vltra dictas tres causas. n. 8. commemoratas, solent etiam alie assignari. Quarta ergo in ordine est, cõseruatio diuitiarum in eadem cognatione, ne causa dotis distrahantur ad aliam cognationis familiã, quòd eò ex amplissima sunt. Quia bono publico non parum conuenit, familias locupletes, ac integras conseruari. l. 8. denunciare, vers. publice. ff. de ventre inspiciendo. Nam ex tali conseruatione abundat res publica viris nobilibus, ac locupletibus, qui commodis ipsi inferunt. Atque id eò ob hanc causam iuste reddunt maioratum institutiones. Sic tenent Gallego de cognatione spirit. c. 22. n. 11. 12. 13. Manuel. 1. tomo summe. 2. editione. c. 237. n. 2. conclus. 1. Vega. 2. tomo summe. esp. 34. casu. 167.

31 Quinta causa est, illustri familia conseruatio in eodem sanguine. Quòd ad pietatem, ac publicum bonum pertinet cõseruari illustres familias. Sic Henriquez lib. 12. de matrim. c. 3. n. 9. & refert in commento, littera D. ob hanc causam dispensasse

Gre-

Gregoriū XIII. anno. 1575. cum D. Luisa Comitissa Sanctę Gadeę, vt nuberet paruo, cui prius soror eius nuperat, & insuper illa voto continentię astricta erat.

321 Sexta causa est, excellentia meritorum, siue dispensationem petentis, siue eius, cui petitur. Vt si strenuę se gessit in militia contra infideles, aut alij ministerio ad bonum cōmune conferenti vacauit. Quia expedit hęc à Pontifice remunerari, vt vellic homines animosiores reddātur ad hęc exercenda. Id etiam probat text. c. tali cōiugio. l. q. 7. abi. Vel euidens meritorum prerogatiua commendet. Huc facit Centurionis historia, Luc. 7. ibi. Dignus est, vt hoc illi prestes: diligit enim gentem nostram. Sic Gallego de cognat. spirit. c. 22. n. 17.

33 Septima causa est, proles habita ex consanguinea, quando bona fide suscepta est: alioquin cum crimen incestus sit, non potest recta iustitia Principē mouere ad dispensandū. Atq; ita conciliatur. c. quia circa, de consang. vbi proles suscepta tanquā causa legitima assignatur: & c. eū haberet, de eo qui duxit in mari. vbi multiplicitate prolis asseritur esse potius causam retrahendi à dispensationis cōcessione: ibi. Cum multiplicitas prolis ita suscepta magis eorum crimen exagget.

Quippe prior textus loquitur de prole bona fide suscepta. Posterior autē quādo mala fide: & idē cautē dixit textus. prolis ita suscepta: & dat rationē, quōd crimen sit grauius. Quod nō reperitur nisi in prole habita mala fide. Atq; ita docent Host. eod. c. quia circa, paulō post principū, & ibi Ioan. And. fin. Abb. nu. 2. Anchar. n. 3. Alex. de Neuo. n. 2. Præpof. n. 1. idē Host. d. c. cū haberet. n. 6. & ibi Ioan. And. n. 5. Anton. n. 10. Præpof. nu. 5. Alex. de Neuo. n. 8. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 13. Mandosius pravi signaturę, tit. dispē sationes matrimoniales, versic. alię causę sunt. Anton. Cucus lib. 5. in inst. maior. tit. 13. n. 18. Petrus de Ledef. de matr. q. 56. ar. vic. ad fin. Guier. lib. 2. q. canon. c. 15. nu.

107. Henric. lib. 12. de matr. c. 3. nu. 9. Quibene addit satis esse prole bona fide alterius cōiugis susceptā esse, quā matrimonii legitimū esse putari. Quia cū tūc proles sit legitima. c. ex tenore, qui filij sint legit. ad bonā eius educationem valde confert id matrimonium inflaurari.

34 Demum duo obseruanda sunt. Prius est, quādo causę aliq; singulę nō sufficiūt, multas aggregatas adiuuari ad inuicē. Quia singula quę nō profunt, simul collecta iuuant. l. rationes. l. instrumenta. l. nō epistolis. l. non nudis. C. de probat. & tradit bene Glof. 2. l. verb. legitimis. C. de excus. tutor. Sic Gallego de cognat. spirit. c. 22. nu. 18. Quare iuuabit ad dispensationem facilius obtinendam, eamq; iustam reddendam, quādo alię causę non inueniuntur sufficientes, allegare orbitatem fœminę à parentibus, vel saltem à patre: quod sufficit, ac necesse est, vt orphana verē dicatur. Preterea si ipsa, vel vir filios habeat ex alio matrimonio. Confert enim valde filijs vt vstricus, vel nouera sint eorum cōsanguinei, vt vel sic non instar vstricū, vel nouerę se habeant erga illos, sed tanquā illorum cōsanguinei.

35 Posterior est, solere quādoq; Pontificē dispērare absq; alicuius causę allegatione, quādo cōsanguinitatis gradus aliquantulū est remotus, at nō dispensare tūc absque causa. Tunc enim copiosior pecuniaria compositio exigitur ab eo, cui est dispensatio indulgenda: atque ea est ad sumptus publicos. Quę vtique sufficientes, atque iusta causa reputatur dispērandi in gradibus non ita propinquis. Sicut indulgentias vniuersas in diplomatis concessas, quę secundum omnes iustam causam expostulant, iustas reddit elemosyna pecuniaria contributa per accipientem diploma, conuertenda in belli contra impijssimos Turcas, ac alios infideles subsidium, aut alios sumptus publicos. Id enim valde bono cōmuni confert.

DISPUTATIO VIGESIMA.

Quę causę iustę sint ad dispērandum in votis castitatis, ac religionis, ac reliquis contractum matrimonij impediētibz.

SVMMARIVM.

Etiam causę desiderantur in votis, & instrumentis eandem rerum. n. 1.

An causa iustę ad dispērandum in alijs votis, sit sine in voto castitatis, & religionis? n. 2.

An desideretur causa oblians ad dispensandum in voto? n. 3.

An eadem sit necessaria, dum votum commutatur in minus? n. 4.

Communitio voti an requirat causam, & qualē? n. 5.

An sit iusta causa dispensandi in voto compositio pecuniaria? n. 6.

Quo tempore contingat causa executioni voti oblians? n. 7.

An sit iusta dispensandi causa, quando dubium est, an res promissa sit iam effecta mala, aut iniuris aut maiori bono oblians? n. 8.

An ad dispensandū, vel cōmutandam, maior bonitas boni impediti, vel in quod cōmutatio, sit, sit spectanda attenda materia voti, vt est actus voti? n. 9.

An desideretur certitudo sufficientie causę ad dispensandū? n. 10.

An sit iusta causa, quādo dubitatur an quis uerit, vel votū obliget ob defectū materię, vel animi se obligandi: vel quod dubitet an castitas venerit dependenter à religione, à qua est iam liber. n. 11.

Quid, quando leniter, & absq; matura deliberatione votum emissum est? n. 12.

An in voto ante pubertatē emissis possit semper dispensari? n. 13.

An sit iusta causa votū meru emissum esse, quādo nō fuit ad extorquendum votum incusatus? n. 14.

Quid, quando fuit incusatus ad extorquendum, fuit tamen lenis? n. 15.

An error circa causam impulsuam, vel eius cessatio sit iusta causa? n. 16.

An periculum violandi voti consurgens ex uolentis statu, sit iusta causa? n. 17.

An maxima difficultas implendi voti, sit iusta causa? quando est periculum? n. 18.

Quid, si ea confurgat ex malicia, & prauo uicium uolentis? n. 19.

An pati tentationes, & vehemens desiderium, sit iusta causa? n. 20.

An uirtus primari uolentis sit iusta dispensandi causa? n. 21.

An difficultas magna superueniens sit causa, An sit causa, quando uolens nimis scrupulis uatur? n. 23.

An necessitas boni communis etiam ex malicia pronociens, sit causa? n. 24.

An sit causa necessitas conseruanda progeniei illastris? n. 25.

An sit causa, morbus, cui actibus ueneris solis succurri potest? n. 26. & ibi an morbus conseruati sit causa dispensandi in voto religionis?

An maior causa petatur in dispensatione voti quam legis? n. 27.

An causa in sufficiens ad dispensandū, sufficiat ad partim commutandū? n. 28.

An minor causa desideretur ad dispensandū in voto penali, vel conditionali, quā in absoluto? n. 29.

An quando ad sunt iramētum, & votum eiusdem rei, sit necessaria maior causa ad dispensandū, vel commutandū? n. 30.

An sufficiens causa dispērandi in voto, sit quoque sufficiens, quando ad est votum non petē de dispensationis? n. 31.

An minor causa desideretur ad dispensandū vt voti executio differatur? n. 32.

Præmittendum est, easdē causas desiderari, ac sufficere ad relaxanda iuramenta in solū Dei honorē facta, quę desiderantur, & sufficient in similibus votorū dispensatione. Quod amplius. n. 30. declarabitur. Et docēt Sot. lib. 8. de iust. q. 1. ar. 9. col. 4. in solutione ad 3. vers. est autem. Aragō. 2. 2. q. 89. ar. 9. col. 4. propositione 3.

Secundō præmittendū est, doctores preter vnā, aut alteram causam, de quibus est specialis difficultas an fat sint ad dispensandū in voto castitatis, vel religionis, non agere specialiter de his votis, sed in genere tradere causas dispērandi in votis. Quę similiter locum habebunt in his votis, si reperiantur proportionem debitam illis habentes. Quō enim votum de maiori bono est, eō excellentior causa requiritur ad dispensandū in eo.

Prima conclusio sit. Ad dispensandū in voto requiritur causa illius executioni oblians. Quia vt dispensatio hæc legitima sit, debet redundare in Christi honorem, aut Ecclesię utilitatem, vt docet. D. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 12. in fine corporis, id probās ex. D. Paulo. 2. ad Corint. 2. ibi. Nam & ego quod donauī, si quid donauī propter uos in persona Christi. Cū enim in persona Christi dispēset prælatus, legitima eius dispēratio debet in honorem Christi, & Ecclesię, quę eius corpus est, cedere utilitatē. At quādo deficit causa oblians executioni voti, nō cedit in honorē Christi, aut Ecclesię utilitatē: sed potius expedit id votum impleri. Hęc conclusio aperit colligitur ex. D. Thom. 2. 2. q. 88. artic. 12. ad. 2. vbi ait esse irritam dispensationem in voto religionis factam nulla apparenti causa oblianti. Et eam tenent Caiet. ibi, column. 2. dubio. 2.

Sotus lib. 7. de iust. q. 4. artic. 3. colum. 7. vers. ad istorū ergo. Nau. de indulgētijs, su per. 5. in Leuitico, notabil. 27. n. 2. Aragon 2. 2. q. 88. art. 12. col. 4. vers. circa. 2. concl. d. 2. 2. Valentia. 2. 2. disp. 6. q. 6. pun. 7. colum. antepenultima. Manuel addit. ad Cruciatan. 5. 9. n. 106.

4 Imò quando votum commutatur in minus, requiritur causa executioni voti obstantis. Quia tunc admisceatur nonnulla voti dispensatio. Sic Sotus lib. 7. de iust. q. 4. art. 3. col. 8. vers. quando verò, Aragon. n. præcedenti allegatus.

5 Hinc inferitur discrimen inter merā cōmutationem factā ex potestate ordinaria, vel privilegio, in æquale bonū, & dispensationem, siue merā, siue cōmutationi admixtam. Quāvis enim utraq; tanquā actus iurisdictionis spiritualis, & non dominatiuæ causam iustā exposuisset, ac dispensatio requirit causam iustā obstantē executioni voti, ac commutatio eā non requirit, sed factis est quæcūq; occasio. Quia semper cōcurrit promptior volūtas, quam habet vouens ad materiam subrogandā, ac cedit in Christi honorem, ac Ecclesiæ utilitatem, si eius benignitatem vouentes experiantur, Ecclesia in Dei persona illis gratificatur, ac benignè commutationem in bonum æquale indulgente, quò facilis ad spontaneam voti obligationem Deo dicandam inducatur. Sic Caiet. Sotus, Valentia citati. n. 3. idem Caiet. summa, verb. votum c. vltimo, & ibi Armilla, num. 14. Corduba summa, q. 149.

6 Secundò inferitur, non esse iustam dispensandū in votis causam, si vouens conferat magnam pecuniæ summā, si nulla causa executioni, voti obstantis reperiatur. Quia omnes dicunt causam obstantem desiderari. Et tenet Aragon. 2. 2. q. 88. art. 12. colum. 5. At postea esse commutatio, si elemosyna hæc eroganda esset æqualis obsequij diuini, ac votum. Quāuis disp. præcedenti, siue dixerimus compositionem hæc pecuniariam sufficere ad dispensandum in iure Ecclesiastico statuenti impedimenta dirimentia matrimonium. Quia hæc dispensatio non postulat causam obstantem, qualem voti dispensatio petit.

7 Secunda conclusio. Causa obstantis ad voti dispensationem requisita potest accedere vel ex parte materiæ voti, vel ex parte ipsius vouentis, vt bene tradunt doctores, num. 3. allegati. Quod vt claris explicetur, proponam prius causas iustas ex parte

materiæ voti: deinde ex parte ipsius vouentis.

Prima ergo dispensandi in voto causa iusta se tenens ex parte materiæ voti: est quando prudentis arbitrio dubium fuerit an res promissa sit facta mala, aut inutilis, aut maius bonum impediens. Quare in hoc sensu intelligendi sunt. D. Thom. 2. 2. q. 88. ar. 10. corp. & ad 3. & ibi Caiet. notabil. i. & art. 12. dubio. 2. & in summa, verb. votū c. vlt. vers. rationabilis causa. Abulen. c. 30. Num. q. 103. Syl. verb. votū. 4. q. 3. d. 1. & q. 6. & 7. Sor. lib. 7. de iust. q. 4. art. 1. ad fin. corporis. Nau. sum. c. 12. n. 76. vbi perit ad iusticiam causæ dispensandi se tenentis ex parte materiæ voti, eam factam esse malam, aut inutilem, maiusve bonum impediens. Quod adeò strictè accipiunt Palud. 4. d. 38. quæst. 4. art. 4. conclus. 3. numer. 40. & D. Antoninus. 2. par. tit. 1. c. 2. §. 9. vt dicant non sufficere vt æquè bonū impediatur. Sed prædicti doctores non intelligendi sunt, quando conitar se promissam factam esse malam, aut inutilem, aut maius bonum impedire: tunc enim abq; dispensatione votum non obligat (vt bene aduertit Nauar. eo. n. 76.) Sed intelligendi sunt, quando res hæc est dubia. Ecce ita se explicant. D. Th. 2. 2. q. 89. art. 9. ad 3. Sor. lib. 8. de iust. q. 1. ar. 9. ad 3. Syl. verb. iuramentum. §. q. 1. d. 2. 1. Azor lib. 11. institucionum moralium. c. 19. q. 7.

Monuerim tamē maiore bonitate illius boni impediti spectandā esse attentā voti materia, nō tantū in se cōsideratā, sed etiā quatenus obligat ex voto. V. g. dubitatur an ieiunium promissum obstat maiori bono, bonitas illius operis impediti cōparanda est ad ieiuniū, non tantū vt est actus solius abstinētiæ, quale est in se cōsideratū, sed etiā vt est actus religionis ratione voti. Quia alioquin bonū impeditū nō esset omnibus consideratis maius. Item quia cū per dispensationē vinculū voti, & eius materia tollantur, bonum dispensandū causam præstans debet utraq; bonitate cōpensare. Sic docent Caiet. & Aragon. n. 3. allegati. Sotus lib. 7. de iust. q. 4. art. 3. colum. 6. vers. de causis. Valentia. 2. 2. disp. 6. q. 6. pun. 7. colum. penul. vers. secundū dubium est. At secus est in commutatione. Quia cū per illam non tollatur vinculum voti, sed eo manenti sola eius materia commutetur, satis est vt bonum in quod commutatio fit, sit melius, aut æquè bonum, quàm opus promissum in se

tantum consideratum. Sic Caiet. Sotus, Valentia ibidem.

Hinc deducitur dispensandum nō exigi certitudinem sufficientiæ causæ, sed satis esse, si prudentis arbitrio dubium sit an sit sufficiens. Quòd in hoc dubio ad mitto rem partem inclinandum sit. Deinde quia aliàs inutilis esset dispensandi potestas: cū rarò constet de causæ sufficientia. Sic docent Sylu. verb. dispensatio. q. 14. n. 20. fin. Palacios. 4. d. 38. disput. 3. colum. 6. vers. est igitur dispensatio.

Secunda causa ex parte materiæ est, cū dubium fuerit an quisquam vouerit, vel an votum obliget, ob materiæ, aut animi se obligandi defectum. Sic docent Corduba summa. q. 147. Azor lib. 11. institucionum moralium. c. 19. q. 17. Ad idem est. D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 9. ad 3. dum ait posse Episcopum dispensare, quando dubitatur an materia iuramenti sit bona. Ad idem est Nauar. lib. 3. consil. tit. 34. de voto, in 1. editione, consil. 4. sine. in 2. consil. 13. sine, vbi ait sufficientem esse causam dispensandi in voto castitatis, si aliquis alia causa concurrat, quoties dubium est an id obliget, ed quòd vouens promiserit simul castitatem, ac religionem, ancepsq; sit, an castitatem dependenter à religione vouerit, & à religionis voto sit iam liber. Verū quando dubium est, an quispiam vouerit, nullā esse necessariam dispensationem, sed id votū non obligare probauit lib. 1. disp. 9. n. 11. Similiter in eo dubio an castitate promiserit dependenter à religione, dispensatione opus non esse, probauit lib. 2. disp. 4. n. 33. Est tamen opus dispensatione, quando votū est certū, ac animus se obligandi cōpatus est, vel oritur dubium an votū obliget ratione debitæ materiæ, aut finis, vel alicuius circumstantiæ tunc occurrentis. Quia in his euentibus votum obligat (vt probauit lib. 1. disp. 9. num. 13. & lib. 2. disp. 4. num. 35.) vnde in his casibus, hoc dubium erit iusta dispensandi causa, vt prædicti doctores asserunt.

Tertia causa est ex parte vouētis, quādo votum leuiter, & ex animi facilitate emissum est, nō præmissa prudētia, ac matura de liberatione. Quia cū votū sit religionis actus obligans sub mortali, & aliquando sit perpetuū, quòd ita acceptetur à Deo, vt dispensationi locus nō sit, alia causa nō concurrēt, opus est prudētia. & maturè fieri: & maximè quando de re graui, vt de religione, vel castitate est. Idq; colligitur ex c. 2.

de voto, ibi. Nos autem ipsum à voto quod in tenera aetate, facilitate potius, quā ex arbitrio discretionis promissit, absoluiimus. Et tenent ibi Abb. n. 3. Palud. 4. d. 38. q. 1. ar. 1. n. 9. & 19. D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. initio. Syl. verb. votū. 2. q. 13. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 1. in dubio quod mouet circa primā conditionē ad votū requisitā, paulò antè argumentorū solutionē, & in summa, verb. votū, vbi de cōditionibus ex parte vouētis, vers. quod vt clarè intelligas, in finet; & ibi Armil. n. 6. Sor. lib. 7. de iust. q. 1. art. 2. col. 5. vers. addiderim tamē. Nau. sum. c. 12. n. 26. & 77. Alcozer lib. de ludo. c. 13. conclus. 8. Viguier. lib. instit. c. 5. §. 5. vers. 14. Angles florib. 2. p. q. vnic. de voto, ar. 1. difficul. 3. conclus. 3. Azor lib. 11. instit. moral. c. 15. q. 5. fin. Aragon. 2. 2. q. 88. art. 1. conclus. 3. Grassi. 1. p. de cōditionib; lib. 2. c. 3. 1. fin. Lud. Lop. 1. p. instr. Florij. c. 49. col. 2. vers. leuitas vel facilitas. Manuel. 2. tom. sum. c. 92. num. 3. fin. Emmanuel Sa summa, verb. votum, vbi de voti irritat. nu. 9. Valentia. 2. 2. disp. 6. q. 6. pun. 7. ad fin. Limitat hoc Valentia ibidem, quando talē leuitatem præteritatem sequeretur postea maxima implendi difficultas, ob infirmitatē hic vouentis, ac frequentes lapsus, ita vt iā id votū reddatur inutile illi personæ. Tūc enim ea leuitas reduci tur ad causam voti executioni obstantem. Ducitur, quòd cōmuni sententiā (vt n. 3. vidimus, petat ad dispensandum in voto, cuius iam eius executioni obstantē. Cæteri hæc limitatio displicet. Quia ea causa sufficeret ad dispensandum in votis prudenter emissis (vt dicemus num. 18. & 19.) quare nil peculiare tribueretur facilitati, ac imprudentiæ in vouendo. Cuius contrarium textus, & doctores allegati aperte volunt. Quare dum ad voti dispensationem petunt doctores causam illius executioni obstantem, intelligunt de votis prudenter emissis: quæ quidem tanquam omnino obligantia Deus acceptat. Secus de leuiter factis, quæ non omnimoda obligatione gaudere, meritò asserit Palud. 4. d. 3. q. 1. art. 1. nu. 19. Cuius rei nulla alia ratio esse potest, nisi quia secum dispensandi causam afferant.

Hinc primò deducitur, in votis puerorū ante pubertatē emissis posse alia causa nō petita dispensari. Quia semper iure optimo præsumi potest imprudentia, & leuitas in vouēdo, ed quòd impuberes maturo cōsilio careāt. Ita docet colligens ex illo textu Abb. c. 2. nu. 3. de voto. Et pro hac sen-

tentia est Couar. c. quibus pactis. 3. p. 5. n. 3. ubi ait ex causa impubertatis concedenda esse iuramentum relaxatione, etiam iurata fuerit proximus pubertati, ac doli capax. Quia licet iuramentum obliget, æquissimè ait ob imperfectam ætatē cōcedi absolutiōnē. Adde ob id posse ea vota à parentibus, vel tutoribus irritari. Tandem quia ob id quibus horum spōsalia valida sint, integrum est eis adueniēte pubertate resilire (vt lib. 1. tora disp. 11. ostēdimus.) Quod si obijcias, Pontificē eo. c. 2. de voto, nō dispensatione fuisse vsum in eo voto pueri, sed cōmutatione. Signū ergo est, hanc facilitatē nō esse sufficientē dispensandi causam. Refpōdeo potuisse Pontificē ex ea causa dispensare omnino, at miscuisse cōmutationē aliquam, ne à suo stylo ordinario recederet, qui est partim dispensare, & partim commutare.

14. Secundō deducitur, quid dicendū sit de voto emisso ob timorem mortis, ex metu, naufragio, vel ex alia causa confurgente, quoties metus non incutitur ad extorquendum votū. Sic distinguedum est, si metus ille maturam deliberationē, ac prudens cōsiliū excludat, sufficiens est causa dispensandi: secus si matura deliberatione votū emissum sit. Prior pars cōstat ex dictis. n. 12. Imò idem credo, quamuis metus isle esset, si prædicta deliberatio desit. Quia cum defectus matura deliberationis præbeat hanc dispensandi causam, nil refert qualitas metus ad vouendū inducentis. Posterior autē pars inde cōstat, quia cū nulla iniuria in eo voto emittēdo cōcurrerit, nec plena, ac matura deliberatio desiderata sit, non est cur ab omnimoda obligatione deficiat, dispensandi causam secus asserens: eò vel maximè q̄ sepiissime Deus eū mortis timorē hominibus inueniat, vt voueāt. Quod vtiq; vanū esset, si secū dispensandi causā afferret. Sic sentiūt neoterici docti.

15. Quando autē metus iniustē ab homine incuteretur gratia voti extorquēdi, quamuis non esset cadens in virū constantē, vt sic votum irritaret: nec minueret plenam, ac maturam deliberationem: sufficientem dispensandi causam is metus præberet. Quod in eo euctu cedat dispensatio in maiorem Dei honorē, ne sibi accepta videatur iniustitia, ac iniquitas extorquentis votū. Deinde quia eū id votū non ex animo procefferit, sed ad metus iniustitiam causēdam, non acceptat Deus ac ita plenē obligans, quin ex ea metus causa rescindi possit

per prælati dispensationem. Et ita sentiunt neoterici docti.

16. Tertiō deducitur, sufficientē esse dispensandi causam errorē circa causam voti impulsivā, vel quando ea causa cessauit. Quia licet solius causæ finalis error, illiusve cessatio impediatur voti valorem: at error vel cessatio causæ impulsivæ valde minuit voluntarium in voti oblatione. Et ita Glossa c. magnæ, verb. vt veniret, de voto, & ibi Abb. n. 14. aiunt in hoc euentu prælati facultatiorem dispensandi causam: idq; oprime ex eo textu probari. Quod si obijcias, ex eo textu nō colligi dispensationem. Quia Pōtiffex ibi votū commutat. Dico absq; dubio fuisse dispensationē cōmutationi admixtam. Quod vel ex eo colligitur, quia Pontifex reddit causam, propter quam fit cōmutatio. Quod necessarium non foret, vbi mera commutatio esset.

17. Quarta causa se tenens ex parte vouentis sufficiens ad dispensandum in voto est, quando vouens versatur in periculo transgrediendi votū, si periculū illud oriatur ex ipsius vouentis statu: nimirū, eò quod difficillimū sit in tali statu seruare id votum, vt si coniugatus habeat votū castitatis, est causa sufficiens ad dispensandū cū illo vt possit petere debitū. Quia tūc dispensatio illa redūdat in honorē Christi, & vtilitatem Ecclesiæ, ne homines laqueis irretiti sint. Quod vniuersi fatentur, vt cōstat ex dictis disp. 12. num. 4. At id periculum ex eo statu confurgens non est sufficiens causa dispensandi in cæteris, ad quæ votum castitatis obligat. Vt ne sit sacrilegium fornicari, vel vteo soluto matrimonio liceat ad aliud transire. Quia periculum illi ex statu confurgenti consulitur satis, concessa petendi debiti dispensatione.

18. Atq; similiter est sufficiens dispensandi causa, maxima impledi voti difficultas, ita vt vehemēs transgressiois probabilitas immineat. Et ratio huius est, ne obligatio p̄ charitatem inducā militet cōtra charitatem. Idq; in Christi honorē, ac Ecclesiæ vtilitatem redūdat, vt prospiciatur vouētis infirmitati. Recta enim ratio dicit esse in Ecclesia prælatos vices Dei gerentes, qui hæc humanas infirmitates miserantes possunt illis per dispensationē mereri. Prætere quia tūc id votū est fore vouētī inutile, & potiùs deseruit vt sacrilegijs violado illud implicetur. Deinde quia experientia ipsa hoc testatur, passim enim Pontifex ex hac sola causa dispensat in votis religionis,

&

& castitatis: imò difficilē alias causas admittit. Tandem id probatur ex c. veniēs, qui cleric. vel vou. vbi Alex. 3. ob hoc periculum dispensauit eum quadam femina, quæ castitatem vouerat. Atq; ita sentiunt omnes illi doctores, quos disp. 9. n. 2. retuli, qui eius textus decisione ducti adeo hanc iustam dispensandi causam esse censent, vt credant tunc posse Episcopum in hoc castitatis voto dispensare: quod tamē alias Pōtiffici reseruat. Et alij quos ibi. n. 2. 2. retuli, ac sequutus sum, dicentes posse Episcopū in eo dispensare, quando vehemēs incōtinentiæ periculū ex mora aduēdi Pontificē immineret, & in proprijs terminis docent Ricar. 4. d. 38. ar. 9. q. 1. corpore. Sotus lib. 1. de iust. q. 7. ar. 3. col. 6. ver. lat. si peccōtatis: & lib. 7. q. 4. ar. 3. col. 8. ver. vtrum verō. Nauar. sum. c. 12. n. 78. Valentia. 2. 2. disp. 6. q. 6. pundo. 7. ad fidem. Ludouicus Lopez. 1. p. instr. c. cap. 49. ad finem. Azor lib. 11. institutionū moralium cap. 19. q. 17. Angles floribus. 2. p. vbi de voto. q. vnica, art. 8. difficultate. 5. Vivaldus candelabro sacram. 3. p. cap. 14. num. 23. Emmanuel Sa summa, vbi de vtiurritatione, num. 9. Manuel. 2. tomo summa c. 100. num. 1. & addit. ad Cruciatam §. 9. nu. 106. Philarcus de officio sacerdotis, tomo. 1. p. 2. lib. 3. cap. 4. ad finem. Ad idem sent Ricardus. 4. d. 38. ar. 9. quæst. 3. D. Antoninus. 2. p. tit. 11. cap. 2. §. 9. fin. Angelus, verb. votum. 3. numer. 20. Sylu. verb. votum. 2. q. 14. dicunt enim in hoc probabilī transgressiois voti periculo licitū esse petere voti dispensationē: quamuis votum eius non petendū factum esset. Hoc tamen non ita accipiendum est, vt periculum vnus, aut alterius transgressiois causam dispensandi in voto sufficientem præbeat. Tunc enim adhuc valde vtilē est votum, vt vouentem contineat, ne ita facile labatur. Erta Valentia, & Azor proximè allegati, optimè dixerunt exigi vt probabiliter iudicetur vouentem ita affectum esse, vt credatur fore vt sapius votum violet.

19. Temperant tamē aliqui hæc causam, quā do transgressiois periculū confurgit ex infirmitate, vel passione, quibus attentis votum est seruatu difficilē, ac viribus impari: secus si periculū confurgat ex malitia, ac prauo vouentis habitu. Ducūt, quod eū votū deseruiat medicinæ adhibēde his prauis affectibus, & habitibus, diffonet rationi hoc allegare vt causam voti relaxan-

di. Sic Sotus vtroq; loco, Angles, Manuel vtroq; loco, Vivald. n. præcedenti allegati. At displicet limitatio sic generaliter sumpta, sed tunc vera est, quando vouens potest absq; magna difficultate id periculū effugere: & probabile est fore vt votū emēdæ deseruiat. Tūc enim malitię fugi re optimo frequentia lapsu tribuetur. At si ea emēdæ spes cesserit, & ita prauo habitu vouens affectus sit, vt hic & nūc nequeat absq; magna difficultate lapsus vitare, quāuis malitia sua, ac negligētia prauā hęc cōsuetudinē acquisierit, & in hęc pericula se coniecerit, existimo sufficientē dispensandi causam adesse. Quia eo habitu supposito, & magna fragilitate inde acquisita, res illa promissa est reddita viribus impari: ac votū illi est factū inutile: vt potē quod nō vitādis, sed augēdis peccatis deseruit. Sic docet Philiar. n. præcedenti allegatus. Quare optimè Nau. lib. 3. c. conf. in 2. editio. tit. de voto, conf. 36. n. 6. ait esse iustam dispensandi causam, quando vouens castitatē perinde fornicatur, ac si non vouisset.

20. Ex quo deducitur, non esse iustam dispensandi causam, v. g. in voto nō ludendi, vehemens ludēdi desiderij, ac tentationis pati, vt bene docet Nau. summa Hispan. c. 18. addit. ad n. 1. c. 12. latine. c. 12. n. 11. sed tunc tantū quando eæ tentationes eò vouentē trahunt, vt frequentij voti transgressiois eū periculo exponat: iuxta dicta. nu. 18. & ita Alcozer lib. de ludo. c. 13. cōcl. 8. ait iustam dispensandi causam esse, si quis constitutus sit in occasione violandi iuramenti nō ludendi, quod, nimirū, iuuenis sit, & in eo loco versetur, in quo ludum præmittere nequit, quin agressis, & rusticus habeatur. Secus quando si petant qui hoc iuramento se abstinerere, illius relaxationem ob hanc solam causam, quod valde ægrē ferant se ludo abstinere. Cū tam ratione dicti iuramentū se abstinēat, ac ludi damna vitent.

21. Secundō deducitur, minimè fidem habendam Soto lib. 7. de iust. q. 4. ar. 3. col. 7. ver. ad istorū ergo dilucidationē, in fine, vbi ait vtilitatem priuatā vouentis non esse causam dispensandi in religionis voto. Nā contrariū cōstat ex dictis, probauimus enim frequentes lapsus ex fragilitate confurgētes esse iustā causam. Cū tamē priuatam vouentis bonum causā hæc respiciat. Adde Caietanum, & Ricardū, quos retuli disp. 8. num. 2. & num. 8. sensisse priuatam vtilitatem esse iustā causam dispensandi in

voto castitatis solemnī, nedum in simplici. Et quantum quoad votū solēne vtrumq; ibi reprobatur: placet tamen quoad votum simplex. Quia ex eius obseruatione non pendet bonum publicum totius ordinis clericalis, aut religiosi, sicut ex voti solemnīs obseruatione. Idem tenet de simplici castitatis voto Metina lib. 5. de sacrorum hominum continentia. c. 37. ad finē, dicens sufficientem esse dispensandi causam promotionē boni peculiaris, aut mali peculiaris vitationē. Et idē tradunt generaliter loquentes de voto. D. Tho. 4. d. 38. q. 1. ar. 4. quæstionē. r. corpore. Naua. summa. c. 12. n. 77. Azor lib. 11. institutionum moralium. c. 19. q. 17. Ludouicus Lopez. 1. p. in struor. c. 49. col. 2. vers. leuitas. Angles floribus. 2. p. vbi de voto. q. vnic. art. 8. difficultate. 5.

22. Quinta causa sufficiens ex parte vouentis est, difficultas magna superueniens casu quo non fit talis vt voti obligationē extinguat. Sic Abb. c. non est. n. 6. de voto, vt si quis spiam vouit religionem, eiusq; executionem per multos annos distulit ferē vsque ad senectutem, quando iam meritō dubitari potest, an ferre valeat communes religionis obseruationes. Hoc dubium est causa sufficiens ad dispensandum in eo voto. Similiter vouit religionem minorum, Carthusianorū, dominicorum, in quibus carnis abstinetur, & factus est ita debilis stomachi, vt dubium sit an eam abstinētiā ferre valeat.

23. Hinc deducitur, sufficientem esse dispensandi causam, cum vouens ratione voti nimis conscientie scrupulis vexatur, ita vt valde conscientie ipsius quieti impletio voti noceat, verbi gratia, vouit quispian se quotidie Beatæ virginis officium recitaturum, angitur magnis scrupulis nū attendit, ac integre recitari, passim repetens, nec adhibitis medijs eius conscientie consuli potest, iusta est dispensandi causa. Cum id votum sit valde onerosum, & potius noceat.

24. Sexta causa est, necessitas boni communis, vt si quis vouit castitatem, aut religionem, & ad communem reipublicæ pacem expedit vt uxorem ducat. Quia tunc obstat ratio boni communis priuato vouentis anteferenda. Et ita docent Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 12. colum. 2. vers. ad euidētiā causæ. Sotus lib. 7. de iust. quæstio. 4. art. 3. colum. 7. vers. ad istorum ergo. Et aduertit bene Caietan. nil referre, etiam si

causa illa ex hominum malitia excitata sit, vt si bellum sedari non posset, et nisi puella voto castitatis astricta nuberet, esset iusta dispensandi causa.

25. Non tamē est iusta causa dispensandi in voto castitatis, aut religionis, necessitas cōseruandæ progeniei alicuius nobilissimi ducatus, aut marchionatus, nisi admixta aliqua cōmutatione: & sic solet dispensari. Quod sit causa merē tēporalis, & idē nō sufficit ad merā dispensationē. Est tamen aliqualis causa vt admixta cōmutatione, partim dispēsetur, vt bene Nau. lib. 3. conf. 1. editio. tit. de voto, conf. 32. nu. 3. Henric. lib. 12. de mar. c. 3. n. 9. colum. litera. D.

26. Nec similiter iuxta aliquos est causa sufficiens ad dispensandum in castitatis voto morbus continuus, cui periti medici iudicant veneris acibus subueniendum esse. Idq; dicitur sentire. D. Thomam. 2. 2. q. 88. art. 11. ad 3. & ibi Caiet. in fine, Durandū 4. d. 38. quæst. 2. fine, quamuis enim de voto solemnī sermonem habeat, at ratio cui innituntur, in omni castitatis voto æquē militat. Quippe eam differentiam constituunt inter abstinētiā, & continentia, quod cum cibus directē ordinetur ad indiuidui cōseruationem, abstinētia in nota bile salutis corporeæ detrimentum vergens non fit actus virtutis: ac propterea in eo euentu votum abstinētiæ aut non obligat, aut saltem iustam habet dispensandi causam. At coitus suapte natura est ad solius speciei cōseruationem, & valde per accidens continentia vergit in indiuidui periculum. Atque idēo continentia etiam cum indiuidui periculo est actus virtutis, nec illius frātionem matrimonium in eundem necesse est salutis corporeæ mederi: præsertim cum alijs medicinis morbo illi occurrī possit, vt eruditissimē probat Metina lib. 4. de sacrorum hom. continentia, controuersia. 4. cap. 23. & hanc non esse iustam dispensandi causam tradit. D. Antoninus. 2. par. tit. 11. capit. 2. §. 9. ad finem, & videtur loqui de omni continentia voto. At Sotus lib. 7. de iust. quæstio. 4. artic. 2. in solutione ad 3. ait dūctus prædicta ratione, hanc non esse causam dispensandi in castitatis voto, si solemnē sit: atque idēo contrarium videtur sentire in voto simplici. Atque hanc partem censeo veriozem, admixta tamen aliqua cōmutatione. Quia negari non potest materiam voti notabiliter mutatam esse, grauissimamq; difficultatem super-

ue-

uenisse, nec à vouente excogitata: & quāuis iure optimo possit vitæ periculum eligere ob castitatis seruandæ amorem: at res ita ardua est, vt meritō credēdum sit, vel Deum, qui huius voti creditor est, vt Ecclesia benignitate sua vtens, ex hac causa partim relaxet, partim in alia opera cōmutando. Nec obstat alijs medicinis posse huic damno subueniri. Quia satis est, id anceps esse, ac valde difficile, præsentaneumque medium, ac iudicio medicorum certius esse coitum. Sicut quamuis virgētibz carnis illecebris possit alijs medijs prospici. Quia tamen ea non ita præsentanea, ac efficacia sunt humana fragilitate vouentis atenta, ac coitus, est iusta causa illas pati cum frequentis lapsus periculo, vt in voto castitatis dispensetur. Nec obstat. D. Thomam, & sequacium testimonium. Quippe de solemnī castitatis voto loquuntur: quod cum grauissimum sit, eiusque dispensatio eadat in notabile status religiosi detrimentum, multo virgētiorem causam dispensandi, & solum boni cōmunitis perit (vt probaui disp. 8. numer. 2. & 8.) Vt verō dispensetur in voto religionis, erit absq; dābio iusta causa morbus continuus, cuius salus desperatur: quando talis est, vt obseruantias regulares impeditur.

27. Quod si roges, an maior causa desideretur ad dispensandum in voto, quā in lege dixi disp. 18. n. 4.

28. Demum quinq; obseruanda sunt. Primum est, quandoq; contingere vt non sit causa sufficiens ad merē dispensandum, ad sit tamen ad partim dispensandum admixta aliqua cōmutatione: & quod causa dispensandi maior fuerit, eō minori cōmutatione opus erit. Sic Caiet. 2. 2. q. 88. art. 12. dubio 2. vers. ad euidētiā causæ, ad finem Naua. summa. c. 12. n. 63. Alcozer summa, c. 16. vbi de voti dispensatione, conclus. 2. folio 58. pagina 2. Qui iure optimo addit ob id raro dispensandum omnino in voto esse, & idēo Pontificem semper admiscere aliquam cōmutationē, dū dispensat. Quia raro inuenitur causa sufficiens ad omnimodam dispensationem. Atq; partim cōmutando vitantur scrupuli, qui de eius sufficientia oriri possunt. Et hoc solum voluit Angelus, verb. votum. 3. nu. 26. fine, dicēs existente causa posse votum in minus bonum commutari: intellige partim dispensando, si commutans gaudeat dispensandi facultate.

29. Secundum est, minor causa sufficit ad dispensandum in voto penali castitatis, aut religionis, quā in absoluto. Quod illud minus voluntarium sit. Sic Sotus lib. 7. de iust. q. 4. artic. 3. colum. 6. paulo ante vers. de causis subinde. Atq; idem dicendum est de voto conditionali harum rerū: desideratur enim maior causa ad dispensandum in illo, quā in penali, at minor quā in absoluto. Quod si magis voluntarium quā penale, at minus quā absolutum.

30. Tertium est, quando adsunt simul vinculum voti, & iuramenti, expressa vtraq; maior exigitur causa ad dispensandum, non tamen ad commutandum. Ratio est, quod per dispensationem extinguitur vtroq; vinculum, & cum duplex sit, est fortius vno, & idēo maiorē causam requirit, vt materiam compenset duplici religionis vinculo debitam. At per cōmutationem neutrum vinculum tollitur, sed transfertur in aliam materiam, quare satis est materiam subrogatam esse æqualem materię promissæ, & iurata: cum eadem maneat duplici illo vinculo debita. Dixi quando vtrumq; exprimitur. Quia quamuis in iuramento factō Deo seruandæ castitatis sit implicitē votum, eadem tamen causa sufficit ad dispensandum in illo, que in mero voto satis est. Quia (vt diximus disp. 2. num. 18.) sublata per dispensationem promissione tollitur iuramentum tanquam accessorium. Quod non contingit, quando duplex vinculum distinctum est. Similiter non est opus maiori causa, eō quod vota, vel iuramenta sint sæpe repetita. Nam eadem omnium est vis, ac obligatio.

31. Quartum est, non semper sufficientem causam ad dispensandum in voto, esse quoque sufficientem ad dispensandum in voto non petendæ dispensationis, sed quādo eadem causa reperitur in vtroq; voto. V. g. promissit quis imprudenter, & absque matura deliberatione, aut metu leui coactus, castitatem: at postea maturo consilio, ac omnino liberē vouit se non petiturum dispensationem: in priori voto est iusta dispensandi causa, non tamen in posteriori. At si eiusdem mature deliberationis defectus, vel idem metus in vtroque voto reperiretur, esset iusta dispensandi in vtroq; causa. Similiter sar esset ad dispensandum in vtroq; vehemens sresquentis transgressionis periculum. Quia eadem causa afficit vtrumq; votum.

Vltimum est, multo minor causa desideratur ad dispensandum in tempore obligationis exequendi votum, quam ad omnino dispensandum in eo. Quia in

priori casu eadem obligatio manet, & soluta exequutio differtur. Et quod maior est dilationis mora, eo maiori causa opus est.

DISPVT. VIGESIMAPRIMA.

An taciturnitas veri, aut falsi expressio vitiet rescripta, & dispensationes?

SVMMARIVM.

Rescripta quadam sunt gratia, alia iustitia. nu. 1. Quid differat inter subreptionem, & obreptionem. nu. 2. An rescripta gratia, & iustitia subreptitia, sint ipso iure nulla? nu. 3. An gratia ordinarij subreptitia sint ipso iure nulla, sicut Pontificia. nu. 4. An rescripta iustitia obreptitia sint ipso iure irritata. nu. 5. Quid, quando in eisdem literis continentur gratia, & iustitia rescriptum. nu. 6. In quibus casibus rescripta iustitia subreptitia sint ipso iure nulla? nu. 7. Quid sit in dispensationibus, & ceteris rescriptis causa finalis, & causa impulsiva? nu. 8. Quot quaestiones disputandae sint. nu. 9. An taciturnitas veri reddat gratia subreptitia? Resertur triplex opinio. n. 10. 11. 12. Proponitur sententia auctoris explicans quarum qualitatam taciturnitas etiam per ignorantiam contingens reddat gratiam subreptitiam, & quando non reddat, a. nu. 13. vsq; ad. 18. Vnde dignosci possit qualitatem tacitam conducere ad dispensationem, & eius generis esse, vt ea expressa non concederetur? nu. 19. In dubio an causa tacita, vel falso expressa sit finalis, vel impulsiva, & conducatur ad concessionem, vel denegationem dispensationis, quid presumatur? nu. 20. Quae exprimentae sint in beneficij imperatione, legitimatione, & an litis pendente sit scienda mentio? Remissio. n. 21. An dispensatio irregularitatis sit subreptitia, tacendo occisum ab irregulari fuisse presbyterum? nu. 22. An sit subreptitia voti religionis dispensatio, non explicando fuisse votum perseverandi in illa, vel si vouens non explicuit se vouisse futurum se religiosum, sed tantum vouisse religionem? nu. 23.

An valida sit impetratio facultatis dispensandi in quodam casu, eo non explicato, si credatur fore vt eo declarato prelatus denegaret? nu. 24. An dum dubitatur de dispensationis valore, presumenda sit validitas? nu. 25. An taciturnitas causa finalis de futuro vitiet dispensationem? nu. 26. Quid, quando taceatur veritas notoria? numero. 27. Quid, quando taceatur qualitas qua de iure irritanda rescripta. Quare dicuntur indifferentiter obreptitia, vel subreptitia, quoties male impetrantur, siue tacita veritate necessarij explicanda, siue falsum ad rem conferens, in precibus narrando. Atque ita tuentur Decius cap. super literis, in noua editione, notabili. i. numer. 4. de rescript. Rebuffus tom. 2. constitutionum regiarum, tit. de rescriptis, in praefatione nu. 125. Menochius multos allegans. d. casu. 201. n. 10. & sequentibus. Soluuntur argumenta. n. 30. Post. n. 30. inuenies alia summaria.

Hactenus egimus quando dispensatio corrumpitur defectu potestatis dispensantis, & defectu cause: ad aggredimur quando ex parte impetrantis irrita sit. Et primo proponitur disputatio praefata quando in genere taciturnitas veri, aut falsi expressio vitiet. Deinde de dispensationibus sequentibus agemus specialiter de explicandis necessarij dispensationibus matrimonialibus, vt validae sint. Ad maiorem autem elucidationem disputationis praefatae, quae & grauissima, & difficilissima est, praemittemus aliqua. Deinde ad quaestiones discutendas descendemus. Primo praemittendum est, rescripta alia esse gratia, alia iustitia. Priora dicuntur, quae ad beneficia, dispensationes, & alias quascunq; gratias obtinenda conceduntur. Posteriora autem, quae ad lites forenses impetrantur, vt ad committendam causam iudici in foro externo decidendam. Sic Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria. 3. casu. 201. n. 1.

Secundo supponendum est, vt rescripta aliquando appellari subreptitia, ali-

quan-

quando obreptitia. Inter quae non concordant auctores quid differat. Quidam enim censent subreptitia dici, quando Princeps plene intellexit tenorem precum, at in eis tacita est veritas necessarij explicanda, vel falsum aliquid narratum est. Obreptitia vero quoad per verborum inuolutionem, aut cautam loquelam, puta ironiam, vel callidam, effugiunt deliberatam concedentis conscientiam, ac plenam eius intelligentiam. Sic Innoc. cum dilecta, num. 3. de rescript. & ibi Abb. n. 7. Felinus. num. 2. Barbatius conf. 49. n. 6. fine, & consil. 55. num. 1. volum. 4. & dicit posse tolerari Imola, d. cap. cum dilecta, nu. 10. Alij vero multi, quos refert Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria. 3. casu. 201. num. 9. censent subreptionem esse quoties veritas taceatur, vel per consulum, ac perplexam eius narrationem occultatur. At obreptionem, quando falsum narratur. At dicendum est haec esse synonima, & nil inter se differre, ac differentiam hanc nihil deferuire, quoad irritanda rescripta. Quare dicuntur indifferentiter obreptitia, vel subreptitia, quoties male impetrantur, siue tacita veritate necessarij explicanda, siue falsum ad rem conferens, in precibus narrando. Atque ita tuentur Decius cap. super literis, in noua editione, notabili. i. numer. 4. de rescript. Rebuffus tom. 2. constitutionum regiarum, tit. de rescriptis, in praefatione nu. 125. Menochius multos allegans. d. casu. 201. n. 10. & sequentibus.

Tertio praemittendum est, quam plures esse differentias inter rescripta gratiae, & iustitiae: quas late prosequitur Rebuffus praex. benef. tit. differentiae inter rescripta gratiae, & iustitiae, a numero. 1. Ea tamen potissima est, & quae ad rem nostram atinet, quod rescripta gratiae per subreptionem obtenta sint ipso iure irrita, quare quidquid virtute eorum factum fuerit, nullius profusius est momenti. Secus autem de rescriptis iustitiae, quae valida sunt, donec ope exceptionis elidantur, id est, donec aduersarius contra quem impetrata sunt, excipiat allegans ea esse subreptitia. Quare processus virtute illorum factus validus erit, si de subreptione minimè excipiat. Prior pars probatur ex cap. finali, de filijs presbyt. in 6. vbi rex tex loquens de dispensatione quadam ad beneficia, sic ait. Velati per subreptionem obtenta nullius penitus est momenti. Qui textus extenditur ab vniuersis doctoribus ad

literas quascunq; gratiam, siue dispensationem contentes. Posterior autem pars probatur ex cap. si autem, & cap. plerique, de rescript. vbi deciditur secundum rescriptum impetratum per subreptionem ob primi taciturnitatem, conualescere data negligentia in primo impetratore. Quod fieri nequiret, si foret ipso iure irritum. Huius autem differentiae rationes tradunt partim Monachus. d. cap. finali, a numero. 4. vsque ad. 9. & partim Abb. cap. ad audientiam, el. 2. num. 14. de rescri. ad quibus caeteri mutuati sunt. Quod literae iustitiae comparentur contra dibus scribitur iuris: at literae gratiae contra dibus bonae fidei. Quare sicut in his debet esse exuberantia bonae fidei, vt notatur. l. bonam fidem. C. de actionib. & oblig. sic in literis gratiae debet omnis puritas reperiri. Quare sicut subreptio dans causam contra huius iuris, non reddit ipso iure irritum, sed irritandum: secus de contra dibus bonae fidei. Sic subreptio non reddit ipso iure irritas literas iustitiae, sed ope exceptionis irritandas: secus de literis gratiae. Item quia facilius conceduntur literae iustitiae, quam gratiae. c. fin. de crimine falsi. Item quia ingratiior videtur obtinere nitens beneficium, & gratiam per subreptionem. Tandem quia in spiritualibus debet esse omnis puritas. Atq; ita differentiam hanc tradunt Gloss. eo. c. fin. post casus positionem, notabil. 2. vbi Monachus ad. n. 4. Ioan. Andr. Archid. Dominicus, Friscus in fin. Bald. l. praescription. numero. 11. C. si contra ius. Abb. cap. quod super his. numer. 2. de fide instrum. & cap. quia circa. numer. 5. de consangu. vbi Alexand. de Neuo, numer. 6. idem Abb. dist. capit. ad audientiam. n. 14. & ibi Felin. a. n. 17. Milis in repertorio, litera. G. verb. gratia. num. 3. vers. gratia siue sit indulgentia, & multis alijs citatis Rebuffus praex. benef. tit. differentiae inter rescripta gratiae, & iustitiae, a n. 1. Nauar. c. si quando. prelude. 1. num. 1. de rescript. Menoch. de arbit. lib. 2. centuria. 3. casu. 201. n. 2.

Nec aliquod discrimen hac in re inuenio inter dispensationes, gratiasq; a summo Pontifice, vel ab ordinario inferiori coacta: sed vtraq; ex subreptione obtenta sunt profusius irrita. Quod rationes. n. praecedenti allatae in vtriusque militent: ac doctores ibi relati indistincte loquantur. Ita quia cum tales literae reddantur nullae ex defectu voluntatis concedentis, quam

aufert